

Die Urkunden Karls des Großen, 313

Sancto ac venerabile cenobio sanctorum apostolorum et Christ confessoris Silvestri sito in castro Nonantuli territorii Motinensis, ubi domno Theodericus abbas preesse videtur, ideoque me Flavius Augustus Karolus a deo coronatus pacifico rege quem ad lemosenam et sanctam religiositatem in perpetuis valeturam. Dans dono, transscrivo seo emancipo in ad de iura dominioque ipsius cenovio fidelium veneratione religia propter dei caritatem et amoris ipso domno Teodericus abbas et dictorum monachorum deservientes veneratione, id est monasterium sancta Maria, qui est fundeada in Fabrega, cum omnia ad sibi pertinentia et adiacentia sua seo appendiciis suis, vicos et ecclesias, selvas et montes et planicia reiacentes in cometatu Perosianense seo in cometatu Noceriense seo in cometatu Gobionense atque in cometatu Assisense vel per alias cometatoras ad de ipso monasterio pertinente una cum villas cortes corticellas ecclesias et cellis ad sibi pertinentibus, una cum selvas et oliveda, fluviiis et collibus, cum omnia adiacentia seu pertinentia sua et cum sub sibi et infra sibi habet in integrum, quod est inter terra aradoricia et terra vidata seo olvida, massarici duo milia, et si amplius fuerit, [quod] ad ipsius monasterii pertinet de de ipso rebus, in cartula nostra permanat et nemini subeat episcopo nisi tantum ecclesiam Romanam triumphantem neque pro decimaru[m] frugus, [que] sit ad monachorum stipendia. Et si qui de hominibus qui precepta nostra violaverit vel neglexerit, subeat penam auri optimi mancosos CCC et insuper ad exilio dampnabitur et nostra precepta firma et inconclusa permanat ad omnia.

Bernereus comes, Artois de comes, Warnefre comes missos domni Caroli interfuerere.

Ego Guarnipret notarius et scavino huius pagine scriptor complivi.